



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput centesimum quartum. Jesus legumlator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

magis eligens affigi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem; majores divitias estimans thesauro Egyptiorum, improrium Christi; aspiciebat enim in remunerationem.

Jac. 2. 5. Audite, Fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?

Apoc. 2. 8, 9. Et Angelo Smyrne Ecclesie scribe, Hac dicit primus & novissimus; qui fuit mortuus, & vivit, Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed dives es.

## CAPUT CIV.

Jesus legumlator.

**D**EUT. 18. 15, & seq. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies . . . . Et ait Dominus mihi, Bene omnia sunt locuti, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia que praecepero illi. Qui autem verba ejus que loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exsistam.

Psalm. 9. 20, 21. Exurge, Domine, non contoretur homo; judicentur gentes in conspectu tuo. Constitute, Domine, legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt.

**I**sa. 2. 3. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad dominum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibet lex, & verbum Domini de Jerusalem. Et Mich. 4. 2.

**I**lla. 33. 22. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster; ipse salvabit nos.

**I**lla. 42. 4. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem ejus insulae expectabunt.

**I**lla. 51. 4. Attendite ad me, popule meus, & tribus mea me audite: quia lex a me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requiesceret.

**J**erem. 31. 33. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus; dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

**M**ATTH. 5. 21, & seq. Audistis quis dicatum est antiquis, Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio; qui autem dixerit, Ecce, reus erit gehenna ignis . . . . Audistis quia dictum est antiquis, Non macaberis; ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam maceratus est eam in corde suo . . . . Dictum est autem, Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam macerari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Et per totum caput reliquum, & sequentia duo: & cap. 10. & Luc. 16. 9, & seq. & 17. 1, & seq.

**J**oh. 13. 34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.

**J**oh. 14. 15, 21. Si diligitis me, mandata mea servate . . . . Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Et Joh. 15. 17. & passim apud reliquos Evangelistas.

**R**om. 8. 2. Lex enim spiritus vite in Christo Iesu liberavit me a lege peccati & mortis.

**I** Cor. 9. 20, 21. Et factus sum Iudaïs tanquam Iudas, ut Iudeos lucraret . . . . qui sine lege erant, tanquam sine lege essent (cum sine lege Dei non essent, sed in lege essent Christi) ut lucrificarem eos qui sine lege erant.

**G**al. 6. 2. Alter alterius onera portare, & sic adimpleritis legem Christi.

**E**br. 8. 10. Quia hoc est Testamentum quod disponamus domum Israël post dies illos, dicit Dominus: dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas. Et 10. 16.

**J**ac. 1. 25. Qui autem perspexeris in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor oblitiosus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit.

**J**ac. 2. 12. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari.